



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen  
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark  
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1858**

CCXIX. Das Domstift zu Stendal bekundet die Stiftung eines Hospitals in  
der Judengasse zu Stendal, am 9. März 1369.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54890](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54890)

genibus ad sonum campane, qui immediate post completorium in loco predictorum fratrum trina vice pulsabitur, confisi defuper habundanti merito Jesu Christi salvatoris, XL dies indulgentiarum ob spiritualem devocionem, quam ad gloriosam virginem gerimus, fiducialiter condonamus. Datum in Langenstein, Anno Domini MCCCLXVIII, die prima mensis Februarii.

Historische Sammlung Heft II, S. 139—143.

CCXIX. Das Domstift zu Stendal befundet die Stiftung eines Hospitals in der Judengasse zu Stendal, am 9. März 1369.

In nomine Domini Amen. Nos Johannes de Gartow, Dei gratia Decanus, totumque Capitulum Ecclesie Sancti Nicolai in Stendal tenore presentium notum facimus Vniuersis et singulis presentibus et futuris. Quod honestus et discretus Vir, Dominus Henricus, dictus de Pozewalke, Plebanus Ecclesie in Puwellinge, de nostra bona voluntate et unanimo nostro Consensu pro Salute ac remedio anime sue suorumque Progenitorum fecit, construxit, dotavit, infra dictam Civitatem Stendaliensem in Carrerea sive strata, que Judeorum dicitur, quoddam Hospitale, de cujus Area nobis duo denarii Brandenburgici annui Census in festo Martini solvendi debentur. In quo quidem Hospitali unum Altare in modum Oratorii et non in modum Capelle ut Beneficii Ecclesiastici seu Religiose Domus, construi et consecrari debet in honorem Cosme et Damiani ac Barbare Martyrum beatorum, Ut in ipso singulis Diebus missa non cantando sed submissa voce dicendo absque sollemnitate et pulsatione alicujus campane et absque alio signo quocunque, Hora nobis competenti duntaxat pro pauperibus inibi degentibus celebretur. Nola autem, sive parvula campana in elevatione corporis et sanguinis Jesu Christi pro tantu reverencia Sacramenti poterit manuali tymno (tinnulo) non per cordam, alias nulla campana in Hospitali predicto pulsari vel appendi debet, nec debebit aliquatenus in futurum, nec Cyminile, nec truncus pro oblationibus recipiendis poni debebit ibidem, Neque Tubula neque Cyminile ibi nec alibi in Ecclesiis sive Capellis Civitatis predicte portari debebit ad utilitatem et usum Hospitalis predicti et inibi degentium pro oblationibus et Elemolinis colligendis. Nec aliqua signa Beneficii Ecclesiastici, Capelle seu Religiose Domus debent ibi erigi vel pretendi sine nostro speciali et expresse consensu. Per Decanum autem Stendaliensem, qui pro tempore fuerit, deputabitur Clericus ydoneus, qui ad altare supradictum missam ut predictum, celebrabit. Cui quamdiu ad Celebrandam dictam Missam sustinetur qualibet septimana duo solidi Monete Brandenburgice de bonis ad presatum altare comparatis et deputatis, que bona sita sunt in Villa Elverstorp, expedite vel integraliter perfolventur. Quorum Reddituum summa est sex talenta denariorum Brandenburgicorum minus Solidis quinque. Nec tamen Clerici, qui per Decanum Stendaliensem ad celebrandam dictam missam fuerint deputati, dictum Oratorium seu Altare in beneficium Ecclesiasticum obtinebunt. Sed qualibet sexta feria septimane cujuslibet per supra dictum Decanum et Senioreni Capituli tenentem in Stendal residenciam personalem notificato tamen hoc primitus Consulibus Stendaliensibus poterunt removeri, et loco ipsorum ammotorum per presatum Decanum et Senioreni Capituli predicti alii Clerici ad faciendum similia subrogari. Clerici vero, qui ad dictum Oratorium seu altare Missam pro tempore celebrabunt, Decano Stenda-

lienſi obedientiam facient et Chorum Eccleſie ſancti Nicolai in Stendal ad horas Canonicas et alia officia Divina frequentabunt, ut Vicarii ipſius Eccleſie Sancti Nicolai facere confueverunt. Quicquid autem ſuper Altare predictum ſeu Oratorium, ſeu ipſius occasione quocunq; modo et quocunq; tempore offerri contigerit et obventiones vniuerſas et ſingulas quocunq; nomine cenſeantur, quas ratione Divini officii perceperint, plebano Eccleſie ſanctae Marie in Stendal, qui pro tempore fuerit, fideliter preſentabunt. Jura vero Parochialia in Oratorio ſeu Altari predicto ſibi nullatenus vendicabunt, nec quovis modo ſibi uſurpare preſumant, Etiam circa Pauperes in hospitali predicto degentes, qui quatuordecim perſonarum numerum non excedent; Sed Plebano Eccleſie Divini Nicolai vel ejus vices gerenti circa Parochialia requiſiti cooperari et ſervire debebunt. Inſuper Conſules predictae Civitatis Stendal unum Proviſorem ydoneum et competentem ad preſſendum et Providendum dicto Oratorio, quando talis non fuerit, vel eo caruerit, eligent et deputabunt, qui redditus ad hoc comparatos et deputatos annis ſingulis colliget et percipiet et de eiſdem redditibus ſacerdoti officianti preſatum Altare precium ſuum ſecundum tempora largietur, Nobisque et noſtris ſucceſſoribus in loco Stendal perſonaliter reſidentibus in perpetuum pro memoria preſati Domini Henrici fundatoris ſuorumque Parentum annis ſingulis in Profeſto ſancti Nicolai decem ſolidos Brandenburgicorum Denariorum erogabit expedite. In evidens Teſtimonium omnium premiſſorum Sigillum noſtri capituli una cum ſigillo Civitatis Stendaliensis predictae de certa noſtra ſciencia preſentibus eſt appenſum. Et nos Beteke Kaſtel, Ghyſo de Scadewachten, Eſſel Duſer, Hans Bucholt, Gherke Gercho, Arnt Pardytz, Coppe Gheyle, Evert Veſtval, Claus Pokebuſch, Egghert Ungelynghe, Cone Gunther, Hans Bysmarke, Conſules Civitatis Stendal predictae, placitis omnibus premiſſis interſuimus, eaque ſic fieri vidimus et audivimus, quod ad evidenciam clariorem ſigillo Civitatis noſtre predictae una cum ſigillo Capituli, etiam de certa noſtra ſciencia appenſo preſentibus proteſtamur. Actum et Datum Anno Domini Milleſimo Trecentefimo Sexageſimo Nono, feria ſexta ante Dominicam, qua cantatur Letare Jheruſalem in noſtro Capitulo Generali.

Nach Beckmann's Beſchreibung a. a. D. Sp. 128—130. und Lenz Br. Urſ. S. 388.

CCXX. Markgraf Otto verkauft den Utmärkiſchen Städten die Münze oder das Recht, Pfenninge zu ſchlagen, am 19. März 1369.

In dem name Gods Amen. Wie Otto, van Gods Gnaden Marggrave zu Brandenburg, des Heyligen romechen Ryckes Overſte Camerer etc., Bekennen vnd betügen mit diſſem brive vor vns, vnſe Erven vnd vor alle vnſe Nakomelinghe vnd dartu vor alle dieghene, de dat ümmer ewichlich antreden oder rüren mach, Dat wie merckelick betrachtet vnd angezeen hebben menchvaldige Beſuerniſſe, Nod, Scaden vnd Gebrecke, darmede vnſe Lant, Lüde vnd Stede in der Alden Mark, Steyndal, Gardeleg, Zehufen, Tangermünd, Oſterborch, Werben vnd dartu Havelberg van mennighe verghanghen Tyden her wente on diſſe jegenwerdige Tyd von mannigerlei Scaden, dorch der Münthe wegen darſelves, bekümmert vnd beſweret gewelen ſin, vnd dorch dat ock grote Nod vnd drepelicken Scaden gemeylicke geleden vnd genommen hebben.